

EYΦHMIAI,
Festivitati Nuptiali,

V I R I

Prænobilis, Amplissimi & Consultissimi,

DN. WERNERI THEODORI
MARTINI,

f. U. D. & in Acad. Leucoræa P. P.
designati, &c,

Cum

V I R G I N E

*Florentissimâ, & genere ac Virtutis Omnigenæ
Laude Decoratissima,*

MAGDALENA SIBYLLA,

Reverendissimi, Nobilissimi & Magnifici

V I R I,

DN. IACOBI WELLERI à *Molsdorff*/
Toparchæ in *Karshdorff*/ Doctoris Theologi incomparabilis,
Serenissimi Saxonæ Electoris Concionatoris Aulici
Primarii, Confessionarii & Consilarii Ecclesiastici
meritissimi,

filiâ dilectissimâ,

Dresdæ, d. XVII. Novembr.

Solenni ritu celebrandæ,

sacratæ

â

Duobus Clientibus & Amicis.

Typis Melchioris Bergen.

1078410



VVERNERUS THEODORUS MARTINIUS.
MAGDALENA SIBYLLA.

Anagr. u in y & a mutato.

LEGERE IURA. MURRHA · DA
DEUS ANNOS SIBYLLINOS. MATTYA.

F *T legere, & posthac primaria jura docere,
Numinis auspicio, dat tibi Saxo favens.
Adjungitq; simul sapientem JOVA Sibyllam,
Quæ BULE domui sit studiosa tuæ.*

Natam VVELLERI, *meritis super athera noti,*

Qui gemma Eusebies, qui Sophiesq; jubar.

Ipsa *σιὸς βαλῆ* donat tibi sancta SIBYLLAM,

Ipsa *σιὸς βαλῆ* grata dat officium.

Et Themis, & casti Venus aurea numen amoris

Muneribus certant te cumulare suis.

Gratulor ex animo. Sancitor & autor amoris

Omnia fausta tuo det, THEODORE, toro

Perpetuò foveatq; tuos, atq; augeat ignes,

Unanimi caleat blandus amore torus.

Quò crescens *Madalena Sibylla VVelera,* u nellos
VVernerulosq; ferat, Magdalidasq; gerat

1018410

Qvo



Qvò tūa progenie multâ domus aucta Nepotes
 Suscipiat, MAGNO dulce levamen AVO.
 Felix, qv̄i poterit sibi post sua funera Natos
 Numinis in laudes substituisse suos!
 Mensam* *Murrha* ornet, carchesia & aurea in aurent,
 Defluat â Superis copia dives opum.
 Sint vel myriades, trismyriadesq; Bonorum
 Vobis, det votis uberiora polus!
 Sicq; *Sibyllinos DEUS* optime da *NEONYMPHIS*,
Annos, in cœlis *Mattiya* & *Ambrosiam*.
 Hoc *VViteberga* vovet, qv̄a te fovet, optat amica
Dresda, cupit tota hoc *VVelleriana Domus*.
 Sic precor unanimem thalami concordis amorem:
 Sicq; σιδος βαλνυ, enthea δ' ὠρεα toro.

***Murrha est gemma, ein Chalcedonter. Murrbinum poculum,*
ein Porcellane. Plin. l. 37. 2. Scal. Exercit. 92. p. 327. sed
murrbinus, süß/wohlreichend. Fœm. absol. murrhina, e,
vinum aromaticum & odorum, Wein aus Specerey gemacht/
Hippocras/ claret. Plaut, Pseud. Act. 2. sc. 4. 51. Grecis dici-
tur nectar. vid. Taubman. ibi. p. 997. sed confer. Salmas.
in hunc locum, & Lexic. Etymol. Vosst, p. 333.

Ita animitus vovet

M. JOH. BOHEMUS, Pœt.
 Cæsar. Rector.

THeulogico certè fiunt connubia fato,
Stoico at baud. Sponsus, Sponsaq, testis adest.
Diceris hinc meritò THEODORUS, Sponse, Patrone,
VELLERI, in thalamum, filia quando venit,
Ædibus hæc Sol est, Tu Jupiter, Illa Diana,
Tu quoq, Mercurius, Mars et, at Illa Venus.
Frigida Saturni procul hinc se stella receptet,
Ne lædat Sponsi, nec tibi Sponse, caput.
Vel si jungantur * cuncti, det Jova, planeta,
Nubibus ut pulsis, vina meraca pluant.

Die 1. Decembris magna fiet omnium Planetarum, in sagittarii signo, conjun-
tio. Solū autem radiū reliqui sex, obtegentur.

Gratulab. scr.

M. Johannes Augustinus Egenolphus,
Schol. Dresd. Con-Rect.

